BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh. Seite 150v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Cesari te oportet adsistere. ⁊ ecce donauit tibi ds
omnes qui nauigant tecum. pp qs bono animo esto
te uiri. Credo enim deo meo quia sic erit quem admodum
dictum est mihi. In insula autem quandam oportet nos de
Sed postea quam quartadecima uenire.
nox superuenit. nauigantibus nobis in adria circa
mediam noctem suspicabantur naute apparare sibi
aliquam regionem. Qui submittentes inuenerunt
passus uiginti. Et post pusillum inde separati inue
nerunt passos quindecim. timentes autem ne in aspera
loca incideremus. De puppi mittentes anchoras
quatuor optabant diem fieri. Nautis uero querentibus
fugere de naui. Cum misissent schafam in mare. sub
optentu quasi a prora inciperent anchoras extende
re. Dixit paulus centurioni ⁊ militibus. Nisi hi in naui
manserint uos salui fieri non potestis. tunc absciderunt
milites funes schafe. ⁊ passi sunt eam abscidere. ⁊ cum
lux inciperet fieri. Rogabat paulus omnes summere
cibum dicens. Quarta decima hodie die exspectan
tes ieiuni permanetis nihil accipientes. Propter
qs rogo uos accipere cibum pro salute uestra. quia nul
lius uestrum capillus de capite peribit. Et cum hec dix
isset. sumens panem gratias egit deo in conspectu
omnium. ⁊ cum fregisset. cepit manducare. Anime
quiores autem facti omnes. ⁊ ipsi adsumpserunt cibum. Eramus
uero uniuerse anime in naui ducente septuaginta
sex. Et satiati cibo adleuiabant nauem lactantes
triticum in mare. Cum autem dies factus esset terram
non agnoscebat. sinum uero quendam considerabat
habentem litus. in quem cogitabant si possent eicere
nauem. Et cum anchoras sustulissent committebant
se mari simul laxantes iuncturas gubernacu
lorum. Et leuato artimone secundum flatum aure
tendebant ad litus. Et cum incidissemus in locum.